# M. LUDOVICI BAIL

Abbavillæi Doct. Theolog. ac Propœnitent. Parif.

# SUMMA CONCILIORUM OMNIUM

## ordinata, aucta, illuſtrata

EX MERLINI, JOVERII, BARONII, BINII, CORIOLANI, SIRMUNDI, Aliorumque Collectionibus, ac Manuſcriptis aliquot,

CUM

*Annotationibus, & Controverſiis partim Dogmaticis, partim Hiſtoricis, ac verborum Indice locupletiſſimo,*

ULTIMA HAC EDITIONE

*A pluribus erroribus diligenti multorum Exemplarium collatione expurgata.*

Ea porro in ſex Claſſes diſtribuitur.

I. Concilia exhibet Veteris Teſtamenti.
II. Concilia Orientalia.
III. Concilia Occidentalia.
IV. Vulgata Provincialia.
V. Ex Regionibus variis addita.
VI. Decreta aliquot Pontificia, ac Synodos Diœceſanas.

## TOMUS SECUNDUS

Tres poſteriores Claſſes continens.

PATAVII, Ex Typographia Seminarii, M.DCC.XXIII.

Apud Joannem Manfrè.

*SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.*

# INDEX CHRONOGRAPHICUS
# CONCILIORUM
# PROVINCIALIUM
## HOC SECUNDO TOMO CONTENTORUM,

Una cum Generalibus, passim in priori Tomo reperiendis.

*Accedit series Summorum Pontificum.*

Anno Christi 45.
*D. Petr. cum Antiochia septem annis sedisset, Romam venit sub Tiberio Cæsare, & primus Pontifex Rom. fuit per 25. annos.*

Anno Christi 70.
*Linus Italus natione, annis 2. mensibus 3.*

Anno Christi 81.
*Cletus Rom. annis 12. mense uno.*

Anno Christi 93.
*Clemens Rom. annis 9.*

Anno Christi 104.
*Anacletus Græcus, annis 9. mensibus 3. diebus 10.*

Anno Christi 112.
*Evaristus Græcus, mensibus 10.*

Anno Christi 121.
*Alexander Rom. annis 10. mensibus 5.*

Anno Christi 132.
*Sixtus I. Roman. annis 10. mensibus 3.*

Anno Christi 142.
*Telesphorus Græcus, annis 11. mensibus 3.*

Anno Christi 154.
*Hyginus Græcus, annis 4. mensibus 3.*

### SÆCULUM PRIMUM.

Concilium Apostolorum, anno Christi 44. Classe 2. pag. 130
Hierosolymitanum, an. 51. pag. 1
Antiochenum, an. 57. 3

### SÆCULUM II.

Concilium Gallicum, anno 130. 513

Anno Christi 158.
*Pius Aquilejensis.*

Anno Christi 167.
*Anicetus Syrus.*

Anno Christi 175.
*Soter Campanus annis 9. mensibus 7.*

Anno Christi 179.
*Eleutherius Græcus Nicopolitanus, an. 15. mensibus 3.*

Anno Christi 194.
*Victor Afer, an. 10. mensibus 2. diebus 10.*

Concilium Romanum, anno 198. 4
Cæsareæ, an. eodem. 743
Palæstinum. 4
Ponticum. ibid.
Osroenum in Achaia. ibid.
Asiaticum, anno eod. 4
Gallicum. 5

### SÆCULUM III.

Anno Christi 204.
*Zephyrinus Roman. annis 9. vel 18.*

Anno Christi 221.
*Calixtus Rom. an. 6.*

Anno Christi 227.
*Urbanus I. annis 6.*

Anno Christi 233.
*Pontianus Rom. annis 6. mensibus 5.*

Anno Christi 238.
*Anterus Græcus, annis 2.*

Concilium Africanum, an. 217. 6
Narbonense, an. 230. 514

# SUMMA CONCILIORUM

## Ordinata, aucta, illustrata

## A M. LUDOVICO BAIL

### DOCTORE THEOLOGO PARISIENSI.

### QUARTA CLASSIS CONCILIORUM PROVINCIALIUM, quæ vulgo in Summis Conciliorum reperiuntur.

*IAm emensis Generalibus Conciliis in præcedenti volumine, facilius erit adire classes provincialium, regionaliumve, quæ ne si multitudine sua simul in unum coacerventur, animum lectoris confundant, cum hac partitione exhibebimus, ut in hac quarta classe ea sedem occupent, quæ magis ordinarie in vulgatis hactenus Synodorum Summis continentur, seu ea legitima sint, seu illegitima: seu probata, seu non probata: seu didactica, & decretoria, seu pure historica, itaut tamen non pauca addantur, quæ ad eorum illustrationem, seu explicationem pertinent, ea pro quinta classe reservantes, quæ in additione nostra ad Summam Conciliorum jam ab anno 1645. luce publica donata sunt, cum aliquot aliis Conciliis, quæ ab eo tempore nobis occurrerunt. Sexta porro, & ultima classis dabit quasdam Epistolas decretales, ac Bullas selectas Summorum Pontificum de doctrina, quæ hoc loco ponuntur, ne series Conciliorum turbaretur, cum, si ratio authoritatis haberetur, minime in postrema classe reponi debuissent, additis etiam quorumdam Episcoporum Synodalibus decretis, si voluminis moles non impediat.*

---

## PRIMUM SÆCULUM.

### CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM SUB D. PETRO HABITUM, Anno Christi 51. contra Cherintum de hac quæstione, an servandæ essent ceremoniæ legis antiquæ cum lege nova.

*Plurimas fuisse Apostolorum conventiones diximus secunda classe: hanc autem præcipue proponimus, quod formam præbuerit subsequentibus Conciliis. Et quamvis universalis non sit, in qua quatuor tantum Apostoli interfuerunt, primum tamen locum tenere videtur inter Nationalia, aut Provincialia Concilia, quibus nunquam tantus honor accessit ex præsentia quatuor Apostolorum. Describitur autem in libro Actuum Apostolorum cap. 15. sequentibus verbis.*

ET quidam descendentes de Judæa docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundũ morem Moysi, non potestis salvari. Facta ergo seditione non minima Paulo, & Barnabę adversus illos, statuerunt, ut ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alii ex aliis ad Apostolos, & Presbyteros in Jerusalem super hac quęstione. Illi ergo deducti ab Ecclesia pertransibãt Phęnicem, & Samariam, narrantes conversiones gentium, & faciebant gaudium magnum o- A mnibus fratribus. Cum autem venissent Jerosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis, & senioribus, annunciantes, quanta Deus fecisset cum illis. Surrexerunt autem quidam de hęresi Pharisęorum, qui crediderunt, dicentes, quia oportet circumcidi eos, præcipere quoq; servare legem Moysi: conveneruntque Apostoli, & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meũ audire gen-